BROCA
IVRIS

14




350 Complet

# ❡De regulis iuris.ff.

Pf XVI - 7 (4)

Pandectarũ ſeu digeſtorum/inquibus omne ius collectum eſt/Regule ſecundũ oꝛdinẽ a Tribuniano exq̃ſtoꝛe et.xv. viris illuſtrib⁹ traditũ. Ad cõem ſcholaſticoꝛuz btilitatem. Cuz Gregoriane & Bonifaciãe editionũ titulis. indice ſiue tabula ſubſequente.

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

## ¶ De regulis iuris.

Paulus. Lex.j.

Regula eſt: que rem que eſt breuit enarrat: non vt ex regula ius ſumatur ſed ex iure qđ eſt regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. Et vt ait ſabinus quaſi cauſe coniunctio eſt que ſimul cum in aliquo vitiata eſt perdit officium ſuum.

Vlpianus. Lex.ij.

Femine ab omnibus officijs ciuilibus vel publicis remote ſunt: ⁊ ideo nec iudices eſſe poſſunt: nec magiſtratum gerere: nec poſtulare: nec pro alio interuenire: nec procuratrices exiſtere.

¶ Item impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debēt abſtinere.

Idem. Lex.iij.

Eius eſt nolle: qui poteſt et velle.

Idem. Lex.iiij.

Velle non creditur qui obſequitur imperio patris vel domini.

Paulus. Lex.v.

In negocijs. contrahēdis alia cauſa habita eſt furioſorum: alia eorum qui fari poſſunt: q̄uis actum rei non intelligant: nam furioſus nullum negociū contra-

here pōt:pupillus omnia negocia tutore anthore agere poteſt.

Ul. Lex.vj.

NOn vult heres eſſe qui ad alium transferre voluit hereditatem.

Pomponius. Lex.vij.

IUs noſtrum non patitur eundem in paganis ꝛ teſtato ꝛ inteſtato deceſſiſſe:earū́ꝗ rerum naturaliter inter ſe pugna eſt:vt teſtatus ꝛ inteſtatus quis ſit.

Idem. Lex.viij.

IUra ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

Ul. Lex.ix.

SEmper in obſcuris quod minimum eſt ſequimur.

Paul. Lex.x.

SEcundum naturam eſt commoda cuiuſꝗ rei eum ſequi quem ſequuntur incommada.

Pompo. Lex.xj.

ID quod noſtrum eſt:ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

Paul. Lex.xij.

IN teſtamentis plenius volū̄tates teſtantium interpꝛetamur. Ul. Lex.xiij.

NOn videtur cepiſſe qui per exceptionez remouetur a petitione. Pompo. Lex.xiiij.

IN omnibus obligationib' in quibus dies non ponitur pꝛeſenti.die debetur.

Paulus. Lex.xv.

Qui actionem habet ad rem recuperandam ipſam rez habere videtur.

Paulus. Lex.xvj.

Imaginaria venditio non eſt precio accedente.

Idem. Lex.xvij.

Cum tempus in teſtamento adijcitur: credendum eſt pro herede adiectum: niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adijcitur:

Pomponius. Lex.xviij.

Que legata mortuis nobis ad heredem noſtrum tranſeūt eorum cōmoduz per nos his quorum in poteſtate ſumus eodē caſu adquirimus aliter atq cum ſtipulati ſumus: nam ꝛ ſub conditione ſtipulantes omnimodo eis adquirimus: etiā ſi libertate nobis preſtita a dominis condicio extiſtat.

Idem. Lex.xix.

Si filius ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio: patri actio competit: qꝫ in ſtipulatōnibꝰ id tēpus ſpectatur quo contrahimus.

Vulpia. Lex.xx.

Qui cum alio cōtrahit: vel eſt vel debet eſſe non ignarus conditionis eius: heredi autē hoc imputari nō poteſt: cū nō ſponte cum legatarijs contrahit. ¶ Non

ſolet doli exceptio nocere his q̄b⁹ volūtas teſtatoris nō refragatur.
Pompo. Lex.xxj.
Quoties dubia eſt interpretatio libertatis ſm libertatē reſpondendum erit.
Ulpianus. Lex.xxij.
Non debet cui quod plus eſt licet qđ minus eſt nō licere.
Idem. Lex.xxiij.
In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio. Generaliter ꝓbādum eſt vbicunq; in bone fidei iudicij ꝯfertur in arbitriū dñi vel ꝓcuratoris eius condicio: pro boni viri arbitrio hoc hñduꝫ eſſe.
Idem. Lex. xxiiij.
Contractus quidā dolum malum dūtaxat recipiunt: quidam ⁊ dolum ⁊ culpam. Dolū tm̄ depoſitum ⁊ precarium: dolū ⁊ culpam: mandatū: cōmodatum: venditum: pignori acceptum: locatuꝫ: itē dotis datio: tutele: negacia geſta. In his quidem ⁊ diligentiam.
¶ Societas ⁊ rerū cōmunio ⁊ dolū ⁊ culpaꝫ recipit: ſꝫ hoc ita. niſi ſi quid noīatiꝫ cōuenit. vel plus vel minus in ſingulis cōtractibus: nā ⁊ hoc ſeruabitur qđ in initio cōuenit. legē eīm cōtractus dedit excepto eo qđ celſus putat non valere: ſi ꝯuenerit ne dolus preſtetur. Hoc eīm bone fidei iudicio contrarium eſt: ⁊ ita vtimur. Animaliuꝫ ꝙo caſus morteſq; que ſine culpa

accidunt. fuge fuorum qui cuſtodi ri non ſolēt rapine: tumultus: in‑ cendia: aquarum magnitudines: impetus predonū a nullo preſtan tur. Paulus. Les.xxv

Quatenus cuius interſit: in facto non in iure conſiſtit.

Pomponius. Lex.xxvj

Plus cautionis in rem eſt ꝙ̄ in perſonam.

Ulpianus. Lex.xxvij

Qui poteſt inuitis alienare multo magis ⁊ ignorantib⁹ ⁊ abſentibus poteſt.

Paulus. Lex.xxviij.

Nec ex pretorio nec ex ſolen‑ ni iure priuatorū cōuentiōe quicꝙ̄ immutandū eſt: ꝙuis obli gatonū cauſe pactitōe pn̄t imuta ri: ⁊ ipſo iure ⁊ per pacti conuenti exceptionem. quia actionū mod⁹ vel lege vel per pretorē introduct⁹ priuatorum pactionibus non in‑ firmatur niſi tunc cum inchoatur pactio inter eos conuenit.

Ulpianus. Lex.xxix.

Diuus pius reſcripſit eos qui ex liberalitate ſua cōueniun tur in id quod facere poſſunt con demnandos.

Paulus. xxx.

Quod in initio vicioſuꝫ eſt nō poteſt tractu temporis con‑ ualeſcere.

Ul. Lex.xxxj.

NUptias non cõcubitus ſed cõſenſus facit.

Idem. Lex.xxxi.

VErum eſt neq; pacta neq; ſtipulationes factũ poſſe tollere: quod enim impoſſibile eſt neq; pacto neq; ſtipulatione poteſt cõprehendi: vt vtilem actionem aut factum efficere poſſit.

Idem. Lex.xxxii.

QUod attinet ad ius ciuile ſerui pro nullis habentur: non tamen ⁊ iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet oẽs homines equales ſunt.

Pompo. Lex.xxxiii.

In eo quod vel is qui petit vel is a quo petitur lucri potiturus eſt: durior cã eſt petitoris.

Ulpi. Lex.xxxv.

SEmper in ſtipulationibus ⁊ in ceteris contractibus id ſequitur quod actũ eſt: vnde ſi non adpareat quid actum erit: conſequens ẽ vt id ſequamur qd in regione in qua id actuꝫ eſt frequentatur. Quid ergo ſi neq; regionis mos adpareat: q2 vari⁹ fuit ad id qd minimũ eſt redigẽda ſũma eſt.

Idem. Lex.xxxvi.

NIhil taꝫ naturale eſt ꝙ eodẽ genere quodq; diſſoluere quo colligatũ eſt: ideoq; verboruꝫ obligatio ꝟbis tollitur: nudi cõſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur. Pompo. Lex.xxxvii.

CUlpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

Vulpianus. Lex.xxxviij.

NEmo qui condẽnare non poteſt: abſoluere poteſt.

Pomponius. Lex.xxxix.

SIcuti pena ex delicto defuncti heres teneri nõ deb; ita nec lucrum facere ſiquid ex ea re ad eum perueniſſet.

Idem. Lex.xl.

IN omnibus cauſis pro facto accipitur id in quo quis aliuz per horreſcit quominus fiat.

Idem. Lex.xlj.

FVrioſi vel eius cui bonis interdicit̃ nulla voluntas eſt.

Vulpi. Lex.xlij.

NOn debet actori licere quod reo non permittitur. ¶ In re obſcura meli⁹ eſt fauere repetitioni ꝙ̃ aduentitio lucro.

Caius. Lex.xliij.

QVi in alterius locuz ſuccedũt iuſtam habent cauſam ignorãtie: an id quod peteretur deberetur. ¶ Fideiuſſores ꝗ nõ minus ꝙ̃ heredes iuſtam ignorantiam poſſunt allegare: hec ita de hr̃de dicta ſunt: ſi cum eo agetur: non etiam ſi agat. nam plane qui agit certus eſſe debet: cum ſit in poteſtate eius quando velit experiri. ⁊ ante debet rem diligenter explorare ⁊ tunc ad agendum ꝓcedere.

Vul. Lex. xliiij.

NEmo ex his qui negāt ſe debere: prohibeatur etiam alia defentione vti niſi lex impediat.

¶ Quoties concurrunt pl'es actiones eiuſdem rei nomine: vna tm̄ quis experiri debet.

Idem. Lex. xlv.

TOtiēs in heredē dam' actionem de eo qđ ad eum peruenit quotiēs ex dolo defuncti conuenitur: non quotiēs ex ſuo.

Idem. Lex xlvj.

NEq pignus neq depoſitū: neq precariū: neq emptio: neq locatio. ſue rei cōſiſtere pōt.

¶ Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.

Gaius. Lex. xlvij.

QUod a quoq̄ pene nomie exactum eſt: id eidē reſtituere nemo cogitur.

Uulpianus. Lex. xlviij.

COnſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt ceterum ſi dolus ⁊ calliditas interceſſerit. de dolo actio cōpetit. ¶ Socij mei ſocius: meus ſocius non eſt.

Paulus. Lex. xlix.

QUidquid calore iracundie vl' fit: vel dicitur: non prius ratum eſt q̄ ſi perſeuerantia adparuerit iudicium animi fuiſſe. iōq in breui reuerſa vxor: nec diuertiſſe videt. Paulus. Lex. l.

ALterius circumuentio alij nō

prebet actionem.
Ulpianus. Lex.lj.
Culpa caret qui ſcit:ſʒ ꝓhibere nō pōt. Gaius. lij.
Non videtur quiſꝙ̄ id capere quod ei neceſſe eſt alij reſtituere. Ulpianus. Lex.liij.
Non videtur defendere nō tā tum qui latitat:ſʒ ⁊ is qui pͤſens negat ſe defendere: aut non vult ſuſcipere actiones
Paulus. Les.liiij.
Cuius per errorem dati repe titio eſt.eius cōſulto dati donatio eſt. Ulpianus. lv.
Nemo plus iuris ad aliū trāſferre pōt ꝙ̄ ipſe habet.
Paulus Lex.lvj.
Nullus videtur dolo facere q̄ ſuo iure vtitur.
Gaius. Les.lvij.
Semper in dubijs benigniora preferenda ſunt.
Idem. Lex.lviij.
Bona fides nō patitur vt bis idem exigatur. Ul. lix.
Expenalibus cauſis non ſolet in patrē de peculio actio dari. Idem. Lex.lx.
Heredem eiuſdem poteſtatis iuriſꝗ ee̅ cuius fuit defunctꝰ cōſtat. Idem. Lex.lxj
Semper qui non prohibet ꝓ ſe interuenire: mandare creditur. Sʒ et ſi quis ratū habuerit qꝺ geſtuʒ eſt: obſtringitur mādati

actione. Idem. Lex.lxij.
DOmum ſuā reficere vnicuiqꝫ liceat: dum non officiat inuito alteri in quo ius non habet.
Iulianus. Lex.lxiij.
HEreditas nichil aliud eſt ꝙ̄ ſucceſſio in vniuerſuꝫ ius qđ defunctus habuerit tpe mortis.
Idem. Lex.lxiiij.
QUi ſine dolo malo ad iudiciū ꝓuocat non videtur moram facere.
Idem. Lex. lxv.
EA que raro accidunt non temere agendis negotijs computantur. Idem. Lex.lxvi.
EA eſt natura cauillatōis quā grece appellant vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutatōnes diſputatio ad ea que euidenter falſa ſunt perducatur. Idem. Lex.lxvij.
MArcellus ait: deſinit debitoris eſſe qui nactus eſt exceptionem iuſtam: nec ab equitate naturali abhorrentem.
Idem. Lex. lviij.
QUoties ideꝫ ſermo duas ſententias exprimit ea potiſſimum accipiatur: que rei gerende aptior eſt. Pau. Les.lxix.
IN omnib⁹ cauſis id obſeruat vt vbi perſone conditio locuꝫ facit beneficio: ibi deficiente ea beneficium ꝙ̄ deficiat: vbi ꝟo genus, actionis id deſyderat: ibi ad

quemuis perſecutio eius deuene-
rit non deficiat ratio auxilij.
Idem. Lex. lxx.
INuito beneficium non datur
Vul. Lex. lxxj.
NEmo poteſt gladij poteſtatē
ſibi datā vel cuiuſlibet alteri
us coertionis ad aliū transferre.
Iauolenus. Lex. lxxij.
FRuctus rei eſt vel pignori da
re licere.
Idem. Lex. lxxiij.
OMnia quecun causę cogni
tionem deſyderant: per libel
lum expediri non poſſunt.
Paulus Lex. lxxiiij.
QUo tutela redit eo ꝛ heredi-
tas peruenit: niſi cum femi-
ne heredes intercedūt. ¶ Nemo
pōt tutorē dare cuiq̄: niſi ei quez
in ſuis heredibus cuz moritur ha
buerit habiturusue eſſet ſi vixiſſet
¶ Ui factum videtur id eſſe quod
de re quis cum prohiberetur: fecit
Clam quod quiſq cum cōtrouer-
ſiam haberet: habiturūue ſe puta
ret fecit. Que in teſtamento ita
ſcripta ſunt vt intelligi nō poſſūt
perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſ-
ſent. ¶ Nec paciſcendo: nec legez
dicendo: nec ſtipulādo quiſq̄ alte-
ri cauere poteſt.
Papinianus. Lex. lxxv.
NOn debet alteri per alteruz
iniqua condicio inferri.
Idem. Lex. lxxvj.

NEmo poteſt mutare cõſiliũ ſuum in alterius iniuriam. Idem. lxxvij

IN totũ omnia que animi ſui deſtinatione agenda ſunt: nõ niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt. Idem. lxxviij.

ACtus legitimi qui non recipiunt diem vel conditionem veluti emancipatio: acceptilatio. hereditatis aditio. ſerui optio. datio tutoris in totum vitiantur ꝑ tẽporis vel conditiõnis adiectõe. Nõnunq̃ tamen actus ſupraſcripti tacite accipiunt que apte comprehenſa vitium adferunt. nam ſi acceptum feratur ei qui ſub condicione ꝓmiſit: ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur. ſi obligatõnis condicio extiterit. que ſi verbis nominatim acceptilationis comprehẽdatur nullius momenti faciet actum.

Idem. lxxix.

GEneraliter cũ de fraude diſputatur. non quid habeat actor. ſed quid per aduerſariũ habere non potuit. conſiderandum eſt. Idem. lxxx.

FRaudis interpretatio ſemꝑ in iure ciuili non ex euentu dũtaxat. ſed ex conſilio quoq̃ deſyderatur. Idem Lex. lxxxi.

IN toto iur̃ generi ꝑ ſpeciem derogat̃. & illud potiſſimũ habetur quod ad ſpecieꝫ directũ eſt.

Idem. lxxxij.

Que dubitatōis tollende cauſa Jctibus inſerūtur ius cōe non ledunt. Idem. lxxxiij.

Donari videt quod nullo iure cogente conceditur.

Idem. lxxxiiij.

Non videt rem amittere cuiꝰ propria non fuit.

Paulus. lxxxv.

Cum amplius ſolutū eſt ꝗ͂ debeatur. cuius pars non inuenitur que reperi poſſit. totum eſſe indebitū intelligit manente priſtina obligatione. ¶ Is natura debet quē iure gētium dare oportet. cuius fidem ſecuti ſumus.

Idem. lxxxvj.

In ambiguis ꝓ dotibus rñdere melius eſt. ¶ Non eſt nouum vt que ſemel vtiliter conſtituta ſunt durent: lȝ ille caſus extiterit a quo initium capere nō potuerunt. ¶ Quotiēs equitatē deſyderij naturalis ratio. aut dubitatio iuris morat iuſtis decretis res temperanda eſt.

Idem. lxxxvij.

Non ſolet deterior cōdicio fieri eorū qui litem conteſtati ſunt ꝗ͂ ſi non eſſent. ſȝ plerumqȝ melior. Idem. lxxxviij.

Nemo eñ proſequendo deteriorem cauſam ſed meliorem facit. Deniqȝ poſt litem. conteſtatam heredi quoqȝ proſpicitur

ꝛ heres tenetur ex oībus cauſis.
Sceuola. Lex. lxxxix.
NUlla intelligitur moꝛa ibi fi
eri vbi nulla petitio eſt.
Paulus. Lex. xc.
QUandiu poſſit valere teſta
mentum tandiu legitimus
heres non admittitur.
Idem. Lex. xcj.
IN omnib⁹ quidē maxime ta
men in iure equitas ſpectan
da eſt. Idem. Lex. xcij.
QUoties duplici iure defertur
alicui ſucceſſio repudiato no
uo iure quod ante defertur ſuper
erit vetus. Sceuola. Lex. xciij.
SI librarius in transcribēdis
ſtipulationis verbis erraſſet
nichil nocere quominus ꝛ reus ꝛ
fideiuſſoꝛ teneatur.
Merianus. Lex. xciiij.
AIiiuſſa nec retinere nec
recuperare nec adipiſci poſ
ſeſſiones rei peculiaris vedetur.
Ulpianus. Lex. xcv.
NOn ſolent que ſupabundāt
vitiare ſcripturas.
Idem. Lex. xcvj.
NEmo dubitat ſoluendo vide
ri eū qui defenditur.
Merianus. Lex. xcvij.
IN ambiguis oꝛationibus ma
xime ſententia ſpectanda ei⁹
eſt qui eas pꝛotuliſſet.
Hermoge. Lex. xcviij.
EA ſola depoꝛtationis ſenten

tia aufert que ad fiſcū perueniūt.
Idem. Lex.xcix.
QUoties vtriuſ causa lucri ratio ꝯtitur:is preferendus eſt cuius in lucro causa tpe precedit. Venulei⁹. Lex.c.
NOn pōt videri improbus q̇ ignorat quantum ſoluere debeat. Caius. Lex.cj.
OMnia que iure contrahunt contrario iure pereunt.
Paulus. Lex.cij.
UBi lex duorum menſium fecit mentionem ꝛ qui ſexageſimo primo die venerit audiēdus eſt:ita etem̄ imperator noſter antoninus cū diuo frē ſuo reſcribſit.
Ulpianus. Lex ciij.
QUi vetante pretore fecit hec aduerſus editum feciſſe proprie dicitur. ¶ Eius ē dare actionem denegare qui poſſit ꝛ dare.
Pau. Lex.xiiij.
NEmo de domo ſua inuitus extrahi debet.
Ulpianus. Lex.cv.
SI in duabus actionibus alibi ſumma maior alibi infamia eſt:preponenda eſt cauſa eſtimationis:vbi autem equiparant famoſa iudicia:ꝛ ſi ſūmā rei diſparem habeant pro patribus accipienda ſunt. Paulus. Lex.cvj.
UBicū cauſe cognitio eſt ibi pretor deſideratur.
Idem. Lex.cvij.

Libertas ineſtimabilis res eſt. Gaius. cviij.

Cum ſeruis nulla actio eſt. Paulus. cix.

Fere in oībus penalibus iudicijs ⁊ etati ⁊ imprudentie ſuccurritur. Idem. cx.

Nullum crimē patitur is qui non pͥhibet cū prohibere nō poteſt. Idem. cxj.

In eo qđ plus ſit ſemper ineſt minus. ¶ Nemo aliene rei expromiſſor idoneus vr̄. niſi cū ſatiſdatōne. ¶ Pupillus pati poſſe nō intelligitur. ¶ Ubi v̄ba cōiūcta non ſunt ſufficit alterutrū eſſe factū. ¶ Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt cum defraudantur non vt facilius calūnientur.

Gaius cxij.

Pupillus qui proximus pubertati ſit capacem eſſe ⁊ furandi ⁊ iniurie faciende. ¶ In heredes non ſolent actiones tranſire que penales ſunt ex maleficio. veluti furti. damni. iniurie. vi bonorum raptorum.

Paulus. cxiij.

Nihil intereſt ipſo iure quis actionē non habeat an per exceptionem infirmetur.

Gaius. cxiiij.

In toto ⁊ pars continetur.

Paulus. cxv.

In obſcuris inſpici ſolet qđ veriſimilius eſt aut ꝙ plerū-

fieri ſolet. Idem. cxvi.
SI quis obligatione liberat' ſit pōt videri cepiſſe. ¶ Nō poteſt videri accepiſſe. qui ſtipulatus poteſt exceptōne ſubmoueri.
Ulpianus. cxvii
NIhil conſenſui tam contrarium eſt (qui & bo.fi. iudicia ſuſtinet) q̄uis atq; metus quē cō probare ꝫ bonos mores ē. ¶ Non capitur qui ius publicū ſequitur. Non videtur cōſentire qui errāt.
Paulus. cxviii.
PRetor bonorū poſſeſſores heredis loco in omni caſu habꝫ
Caius. cxix.
CReditor qui permittit rem venire pignus dimittit.
Paulus. cxx.
NOn vt ex pluribus cauſis deberi nobis idē poteſt ita ex pluribus cauſis idem poſſit nr̄m eſſe. Ulpianus. cxxi.
ALiud eſt vendere aliud eſt vēdenti cōſentire. ¶ Refertur ad vniuerſos qd̄ publice fit p maiorem partem. ¶ Abſurdum eſt plus iuris habere eum cui legat' ſit fundus. q̄ heredem. aut ipſum teſtatorem ſi viueret.
Idem. cxxii.
IN iure ciuili receptum eſt quoties per eum cuius intereſt condicionē non impleri fiat. q̄ minus impleatur perinde haberi ac ſi impleta cōditio fuiſſet. quod

ad libertatem ⁊ legata:⁊ ad here‑
dum inſtitutiones perducitur qui
bus exemplis ſtipulationes quo‑
 cōmittuntur cum per promiſſo
rem factum eſſet quominus ſtipu
lato: conditioni pareret.
Paulus. Lex.cxxij.
Que ꝑpter neceſſitatem rece‑
pta ſunt nō debent in argu‑
menta trahi. Ul. cxxiiij.
Cui ius eſt donandi eidem et
vendendi:⁊ concedendi ius ē.
Paulus. cxxv.
Penalia iudicia ſemel acce‑
pta in heredes trāſmitti poſ
ſunt. Ul. cxxvi.
Cum quis poſſit alienare po‑
terit ⁊ cōſentire alienationi.
Cui aūt donare nō conceditur ꝓ
bandum erit:nec ſi donationis cā
conſenſerit ratam eius voluntatē
habendam. Paulus. cxxvij.
Qui rem alienaȝ defendit nū‑
 locuples habetur.
Ulpianus. Lex.cxxviij.
Non videntur data que eo tē
pore quo dantur accipientis
non fiunt. ¶ Qui iuſſu iudicis ali
quid facit non videtur dolo malo
facere:quia parere neceſſe habet.
Idem. Lex.cxxix.
Sapienda occaſio eſt que pre‑
ber benignius reſponſum.
¶ Quod factum eſt cū in obſcuro
ſit ex adfectione cuiuſ capit in‑
terpretationem.

Idem. Lex. cxxx.

IS dānum dat qui iubet dan-
nuz dare. eius vero nulla cul
pa eſt cui parere neceſſe ſit. ¶Qđ
pendet non eſt pro ea quaſi ſit.

Idem. cxxxj.

NEmo ideo obligatur quia re
cepturus eſt ab alio: quod preſtite
rit. Idem. Lex. cxxxij.

FActū a iudice quod ad offici
um eius non pertinet ratuz
non eſt. Idem. Lex. cxxxiij.

IN contrahenda venditione
ambiguum pactū contra ven
ditorem interpretandum eſt. Am
bigua autē intentio ita accipien-
da vt res ſalua actoris ſit.

Idem. Lex. cxxxiiij.

IN cōdēnatione perſonarum
que in id quod facere poſſunt
dannantur: non totum quod hn̄t
extorquendum eſt: ſed et ipſarū ra-
tio habēda eſt ne egeant. ¶Cuz
ꝟbum reſtituas lege inuenit et ſi
non ſpecialiter de fructibus addi
tum eſt: tamen et fructus ſunt re-
ſtituendi. ¶Unicuiq; ſua mora
nocet quod et in duobus reis ꝓmit
tendi obſeruatur. ¶Dolo facit
qui petit quod reſtiturus eſt.

Idem. Lex. cxxxv.

QUi poteſt facere vt poſſit cō-
dicioni parere iā poſſe videt.
¶Quod quis ſi velit habere non
poteſt: id repudiare non poteſt.

Idem. Lex. cxxxvj.

In omnibus officijs. que fieri p liberas pſonas leges deſyderant. ſeruus interuenire nō poteſt. ¶ Non debeo melioris cōdicionis eſſe ꝙ̄ authoꝛ meus a quo ius in me tranſit.

Idem. cxxxvij.

Non eſt ſingulis concedendū qđ per magiſtratum publice poſſit fieri ne occaſio ſit maioꝛis tumultus faciendi. ¶ Infinita eſtimatio eſt libertatis ⁊ neceſſitudinis. Idem. cxxxviij.

Qui in ius dn̄iumue alterius ſuccedit. iure eius vti debet. ¶ Nemo videtur dolo facere qui ignoꝛat cauſam cur nō debeat petere. Idem. cxxxix.

Cum pꝛincipalis cauſa nō conſiſtat plerūq; nec ea quidem que ſequuntur locum habent.

Idem. cxl.

In obſcura voluntate manumittentis fauendū eſt libertati. Idem. cxlj.

Quod iuſſu alterius ſoluitur p eo ē quaſi ipſe ſoluiſſet vel ipſi ſolutum eſſet.

Idem. cxlij.

Si nemo ſubijt hereditatem. omne ius teſtamenti ſoluit.

Idem. cxliij.

Quod nullius eſſe poteſt. id vt alicuius fieret nulla obligatio valet efficere.

Marcellus. cxliiij.

Et ſi nichil facile mutandū eſt ex ſollennibus tamen vbi equitas euidens expoſcit ſubueniendum eſt. Idem cxlv.

Impoſſibilium nulla obligatio eſt.

Celſus. cxlvj.

Vani timoris nō iuxta excuſatio eſt. Idem. cxlvij.

Nichil peti poteſt ante id tempus quo per rerū naturā per ſolui poſſit ⁊ cum ſoluendi tēpus obligationi additur niſi eo tempore preterito peti non poteſt.

Idem. cxlviij.

Si quis pregnantē vxorē reliquit nō videtur ſine liberis deceſſiſſe. Idem. cxlix.

Vbi repugnantia inter ſe in teſtamento inueniret. neutrū ratū eſt. ¶ Que rerū natura prohibentur nulla lege confirmata ſunt. Idem. Lex.cl.

Pupillus nec velle nec nolle in ea etate (niſi adpoſita tutoris authoritate) creditur: nam quod animi iudicio fit in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt.

Idem. clj.

Quod euincitur in bonis noſtris non eſt.

Idem. clij.

Meratius conſultus an qđ beneficiū dare ſe quaſi viuenti ceſar reſcribſerat: iā defuncto dediſſe exiſtimaretur: reſpōdit nō vi

deri ſibi principem quod ei quem viuere eſtimabat conceſſiſſet deſũcto cõceſſiſſe: quem tamen moduz eſſe beneficij ſui vellet: ipſius eſtimationem eſſe.

Marcellus. Lex.cliij.

EA que in partes diuidi non pñt ſolida a ſingulis heredibus debentur. ¶ In re dubia benigniores interpretationes ſequi non minus iuſtius eſt ꝙ tutius.

Celſus. Lex.cliiij.

OMnia fere iura heredũ perinde habentur ac ſi cõtinuo ſub tempore mortis heredes extitiſſent. Modeſti. Lex. clv.

QUi per ſucceſſionem ꝗuis lõgiſſimã defuncto heredes extiterint nõ minus heredes intelleguntur ꝙ qui principaliter heredes extiterint.

Idem. Lex.clvj.

EXpreſſa nocent: non expreſſa non nocent.

Idem. Lex.clvij.

PRiuilegia quedam cauſe ſũt quedã perſone: ⁊ ideo quedaz ad heredes tranſmittuntur que cauſe ſunt: que perſone ſũt ad heredes non tranſeunt.

Idem. Lex.clviij.

SEmper in coniunctionibus non ſolum qđ liceat conſyderandũ eſt: ſꝫ ⁊ quod honeſtum eſt.

Iauolenus Lex.clix.

NEc interdicto: nec in cere-

ris cauſis pupillo nocere opꝫ dolū tutoris: ſiue ſoluendo eſt: ſiue nō eſt. Idem. Lex.clx.

NOn pōt dolo carere qui imperio magiſtratus non optemperat. Vul. Lex.cxlj.

QUi in ſeruitute eſt vſucapere non pōt. nam cum poſſideat poſſidere non videtur.

Idem Lex.clxij.

NOn alienat q̄ dūtaxat omitrit poſſeſſionem.

Paulus. Lex. clxiij.

NEmo plus cōmodi hrdi ſuo reliquit ꝙ ipſe habuit.

Idem. Lex. clxiiij.

QUi non facit quod facere dꝫ: videtur facere aduerſus ea q̄ non facit: ꝛ qui facit qđ facere nō debet non videtur facere id quod facere iuſſus eſt.

Caius. Lex.clxv.

LIbertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

Vulpianus. Lex. clxvj.

NEmo alieno nomine agere poteſt. ¶ Tēporalis permutatio ius prouincie non innouat.

Vulpianus. Lex.clxvij.

VBi non voce ſꝫ preſentia opꝰ eſt: mutus ſi intellectū habꝫ pōt videri reſpondere. Idem ꝛ in ſurdo hic quidē reſpōderi poteſt. ¶ Furioſus abſētis loco eſt: ꝛ ita pōpo. lib. j. epiſtolarum ſcribit.

Caius. clxviij.

FAuorabiliores rei potius q̃ actores habentur.

Ulpianus. Lex.clxix.

NEmo predo eſt qui preciū numerauit. ¶ Locupletior non eſt factus qui liberū adquiſierit. ¶ Cum de lucro duorū queratur melior eſt cauſa poſſidentis.

Paulus. Lex.clxx.

CUm pretor in heredem dat actionem quatenus ad eum peruenit ſufficit ſi vel momēto ad eum peruenit ex dolo defuncti.

Idem. Lex. clxxi.

IN pari cauſa poſſeſſor potior hr̄i dз. ¶ Hi qui in vniuerſuз ius ſuccedunt: hr̄dis loco habentur.

Idem. Lex.clxxij.

NIchil dolo creditor facit qui ſuum recipit. ¶ Cum principalis cauſa non conſiſtit: nec ea quideз que ſequuntur locum habēt.

Ulpianus. Lex.clxxiij.

NUnq̃ actiones preſertim penales de eadē re concurrentes alia aliam conſumit.

Paulus. Lex.clxxiiij.

QUi dolo deſierit poſſidere ꝓ poſſidente damnatur: quia pro poſſeſſore dolus eſt.

Caius. Lex.clxxv.

IMperitia culpe adnumerat̄

Idem. Lex. clxxvi.

MElior condicio nr̄a ꝑ ſeruos fieri pōt deterior fieri nō pōt.

Ulpianus. Lex.clxxvii

NOn fraudantur creditores cum quid non adquiritur a debitore:ſed cū quid de bonis diminuitur. ¶ Nemo ex ſuo delicto meliorē ſuam condicionem facere poteſt. Idem. Lex.clxxviii.

EA que ad dandū impoſſibilia ſunt vel que in rerum natura nō ſunt ꝑ nō adiectis hn̄tur Paulus. Lex.clxxix.

BOna fides tantum poſſidenti preſtat quantum veritas: quoties lex impedimento nō eſt. Ulpianus. Lex. clxxx.

QUi autore iudice comparauit bonefidei poſſeſſor eſt. Paulus. Lex. clxxxi.

OMnis hereditas q̄uis poſt ea adeatur:tamen cū tempe mortis continuatur. ¶ Nunq̄ ex poſt facto creſcit preteriti delicti eſtimatio. Caius. Lex.clxxxii.

OMnes actiones q̄ morte aut tpe pereunt ſemel incluſe iudicio ſalue ꝑmanent. ¶ Non videtur perfecte cuiuſq̄ id eſſe quod ex cauſa auferri poteſt. Ulpianus. Lex.clxxxiii.

ABſentia eius qui reipu.cā abeſt:neq̄ ei neq̄ alii dānoſa eſſe debet.

Paulus. Lex.lxxx.iiii.

QUod contra rationem iuris receptum eſt non ē ꝑducendū ad cōſequētias. ¶ Uni duo ꝑ ſolido heredes eſſe non poſſunt.

Idem. clxxxv.
Qui tacet non vtiq; fatetur: ſed tamen verum eſt eũ non negare. Ulp. clxxxvi.
Quod ipſis qui contraxerunt obſtat & ſucceſſoribus eorum obſtabit. Paul. clxxxvii.
Non omne qđ licet honeſtu; eſt. ¶ In ſtipulationibus id tẽpus ſpectatur quo ɔ̄hĩmus. Ulpi. clxxxviii.
Nemo videt fraudare eos q̇ ſciunt & conſentiunt.
Paulus. clxxxix.
Quod quis cum ſeru' eſſet egerit proficere liberto facto nõ pōt. Caius. Lex.cxc.
Semper in generalibus ſpecialia inſunt.
Paulus. Lex.cxci.
Cuius effectus oĩbus prodeſt: eius & partes ad vniuerſos ꝑtinent. Ulp. cxcii.
Ex qua perſona quis lucrum capit eius factũ preſtare debet. Idem. cxciii.
Parem eſſe cõdicionem oportet eius quiquid poſſideat vł habeat: atq; eius cuius dolo malo. factum ſit: quominus poſſideret vel haberet.
Paulus. cxciiii.
Nemo dãnu; facit niſi qui id fecit quod facere ius non habet. Uulpianus. cxcv.
Hoc iure vtimur vt quidquid

omnino p vim fiat aut in vis publice aut in vis priuate crimen incidat ¶ Deiecit ⁊ qui vel iuſſit: vl mandauit: vel ratum habuit. rati enim habitio mandato comparatur. ¶ In cōtractibus inquibus doli preſtatō vel bona fides ineſt heres inſolidum tenetur.
Paulus. cxcvj
HEre quibuſcunq; modis obligamur: hiſdem in contrarium actis liberamus: cum quibus modis adquirimus hiſdem in ƺrium actis amittimꝰ: vt igitur nulla poſſeſſio adquiri niſi animo et corpore pōt: ita nulla amittitur niſi in qua vtrunq; in contrariu; actum eſt. Vul. cxcvij
CUm par delictum eſt duoru; ſemper oneratur petitor: et melior habetur poſſeſſoris cauſa ſicut fit cum de dolo excipitur petitoris. neq; eni; datur tali ⁊ replicatio petitori: aut ſi rei ꝗ; in ea re dolo actum ſit. ¶ Illi debet pmitti pena; petere qui in ipſā nō incidit. Paulus. cxcviij.
FActum cuiq; ſuū non aduerſario ſuo nocere dꝫ. ¶ Non vr̄ vim facere: qui iure ſuo vtitur ⁊ ordinaria actione experit. ¶ In penalibus cauſis benignius interpretandum eſt.
Vulpia. cxcix.
INuitus nemo cogitur defendere. ¶ Cui damus actione;

eidem exceptionem cōpetere mul tomagis quis dixerit. ¶ Cum quis in alicuius locū ſucceſſerit: non eſt equum ei nocere hoc quod aduerſus eum non nocuit in cuius locū ſucceſſerit. ¶ Plerūq; emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petē dum ac defendendum que fuit au thoris. ¶ Quod cuiq; preſtat: inui to non tribuitur.

Idem. Lex. cc.

Ad ea que non habent atroci tatem facinoris vel ſceleris in his ignoſcitur ſeruis ſiue dñis ſiue his qui vice dñorum ſunt: ve luti tutoribus & curatoribus optē peraucrint. ¶ Semper qui dolo fecit quominus haberet pro eo ē habendus ac ſi haberet. ¶ In cō tractibus ſucceſſores ex dolo eoꝝ quibus ſucceſſerunt non tantum in id quod ad eos puenit: verūeti am inſolidum tenentur: hoc eſt vt vnuſquiſq; p ea parte qua heres eſt conueniatur.

Idem. Lex. cci.

Quoties nichil ſine captione inueſtigari pōt eligendum eſt qđ minimū habeat iniquitatis.

Idem. Lex. ccii

Omnia que ex teſtamento pfi ciſcuntur: ita ſtatum euentus capi unt ſi initiū quidem ſine vitio ce perunt. Idem. Lex. cciii

Omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt: parum eſt enī

vt non ſubuerti poſſit.

Q Pomponius. Lex.cciiij
Quod quis ex culpa ſua dānū ſentit non intelligitur dannum ſentire. Idem. Lex.ccv.

M Inus eſt actionez habere ꝙ rem. Vul. Lex. ccvi

P Lerūqȝ fit vt ēt ea que a nobis pn̄t abire ꝑinde in eo ſtatu ſint atqȝ ſi non eſſent eius condiciōis vt abire poſſint. ꝛ ideo qđ fiſco obligamus: ꝛ vindicare interdum ꝛ alienare ꝛ ſeruitutē predio imponere poſſumus.

I Idem. Lex. ccvii
Ure nature equū eſt neminē cum alterius detrimento ꝛ iniuria fieri locupletiorem.

R Idem. Lex.ccviij.
Es iudicata ꝑ veritate accipitur. Paulus. Lex. ccix.

N On poteſt videri deſiiſſe habere qui nunꝙ habuit.
Vulpianus. Lex.ccx.

S Eruitutem mortalitati fere comparamus.
Licinius. Lex. cc.xi

Q Ue ab initio inutilis fuit inſtitutio: temporis tractu cōualeſcere non poteſt.
Paulus. Lex.ccxij.

S Eruus reipublice; cauſa abeſſe non poteſt.

¶ Finis regularum. iuris ciuilis

¶ Sequitur tabula Regularum Juris ciuilis.

A

Alterius circunuentio.lex.l. fo.v.
Actus legitimi.lxxviij. fo.vij.
Aliud eſt vendere.cxxj. fo.x.
Abſentia eius. clxxxiij. fo.xiiij.
Ad ea que.cc. fo.xv

B

Bona fides non pati.lviij. fo.vj.
Bona fides tantuz.clxxix.fo.xiiij

C

Cum tempus. xvij. fo.iij.
Contractus quidam.xxiiij.fo.iij.
Culpa eſt inmiſcere. xxxvij. fo.v.
Conſilij non frau. xlviij. fo.v.
Culpa caret.li. fo.vi.
Cuius per errorem.liiij .fo.vi.
Cum amplius ſolu.lxxxv. fo.viij.
Cum ſeruis nulle.cviij. fo.ix.
Credito ꝛ qui pmit.cxix. fo.x.
Cui ius eſt.cxxiiij .fo.x.
Cum quis poſſit.cxxvi. fo.x.
Capienda occaſio.cxxix. fo.x.
Cum principalis.cxxxix. fo.xi.
Cum pretor.clxx. fo.xiij.
Cuius effectus.cxci. fo.xiiij.
Cum par delictum. cxcvij. fo.xv.

D

Diuus pius.xxix. fo.iiij.
Domū ſuam reficere.lxij. fo.vj.
Donari videtur.lxxxiii. fo.viij.

E

Eius eſt nolle.iij. fo.ij.
Ex penalibus.lix. fo.vi.
Ea que raro.lxv. fo.v.

Ea eſt natura.lxvi. fo.vi.
Ea ſola deportatio.xcviij. fo.viij.
Et ſi nichil. cxliiij. fo.xij.
Ea que in partes.cliij. fo.xij.
Expreſſa nocent.clvj. fo.xij.
Ea que ad dan.cclxxviij. fo.xiiij
Ex qua perſona. cxcii. fo.xiiij.
F
femine.ij. fo.ii.
Furioſi vel eius.xlj. fo.v.
Fructus rei.lxxij. fo.vii.
Fraudis interpretatio.lxxx.fo.vij
Filiuſfa.ueqȝ.xciij. fo.viij.
Fere in omnibus.cix. fo.ix.
Factum a iudice.cxxxij. fo.xi.
Fauorabiliores. clxviij. fo.xiij.
Fere quibuſcūqȝ.cxcvj. fo.xv.
Factum.cxcviij. fo.xv.
G
Generaliter.lxxix. fo.vij.
H
Heredem eiuſdem.lx. fo.vj.
Hereditas nichil.lxiij. fo.vj.
Hoc iure vtimur.cxcv. fo.xiiij.
I
In negotijs.v. fo.ij.
Ius noſtrum.vij. fo.ij.
Iura ſauguinis. viij. fo.ij.
Id quod noſtrum.xj. fo.ij.
In teſtamentis.xii. fo.ij
In oibus obliga.xiiii. fo.ij.
Imaginaria.xvj. fo.iii.
In perſonam ceruilē.xxiii. fo.iii.
In eo qđ vel is.xxxiiii. fo.iiii.
In omnibus cauſis.xl. fo.v.
In omnibus cauſis.lxix. fo.vj.

Inuito beneficium.lxx. fo.vij.
In totum.lxxvij fo.vii.
In toto iure.lxxxi. fo.vij
In ambiguis.lxxxvi. fo.viij.
In omnibus quidem.xci. fo.viij.
In ambiguis orõib⁹.xcvij.fo. viij.
In eo quod plus.cxi. fo.ix.
in toto ⁊ pars.cxiiij. fo.ix.
In obſcuris.cxv. fo.ix.
In iure ciuili receptum.cxxij.fo.x
Is damnum.cxxx. fo.xj.
In contrahenda.cxxxiij. fo.xi.
In condẽpnatione.cxxxiiij. fo.xi.
In omnibus. cxxxvi. fo.xi.
In obſcura.cxl. fo.xi.
Impoſſibilium. cxlv. fo.xij.
In pari cauſa. clxxi. fo.xiij.
Imperitia culpe.clxxv. fo.xiij.
Inuitus nemo.cc. fo.xv.
Iure nature.ccvij. fo.xvi.
L
Libertas ineſtimabilis.cvij. fo.ix
Libertas omnibus.clxvij. fo.xiij.
M
Marcellus ait.lxvij. fo.vi.
Melior conditio.clxxvi. fo.xiij.
Minus eſt.ccv. fo.xvi.
N
Non vult.vi. fo.ij.
Non videtur cepiſſe.xiij. fo.ij.
Non debet cui.xxii. fo.iij.
Nec ex pretorio.xxviij. fo.iiii.
Nuptias non concubi.xxxi. fo.iiij
Nichil tam natura.xxxvi. fo.iiii.
Nemo qui cõdẽp.xxxviij. fo.v.
Non dz actori.xlii. fo.v.
Nemo ex hijs.xliiii. fo.v.

Necꝫ pignus.xlvi. fo.v.
Non videtur quiſcꝫ.lii fo.vi.
Non videtur defendere.liii fo.vi.
Nemo plus iuris.lv fo.vi.
Nullus videtur.lvi fo.vi.
Nemo pōt gladij.lxxi fo.vii.
Non debet alteri.lxxv. fo.vij.
Nemo pōt mutare.lxxvi fo.vii.
Non videtur rem. lxxxiii. fo.viii.
Non ſolet.lxxxvii. fo.viii.
Nemo enim.lxxxviii.fo. ſo.viii.
Nulla intelligitur. lxxxix. fo.viii.
Non ſolent.xcv fo.viii
Nemo dubitat.xcvi. fo.viii.
Non pōt videri.c. fo.ix.
Nemo de domo.ciiii fo.ix.
Nullum crimen.cx fo.ix
Nichil intereſt.cxiii fo.ix
Nichil cunſenſui. cxvij fo.x.
Non vt ex pluribus. cxx fo.x.
Non videntur data.cxxviii. fo.x.
Nemo ideo cxxxi fo.xi
Non eſt ſingulis cxxxvii fo.xj
Nichil peri pōt cxlvii fo. xii
Neratius conſultus.clii fo.xii
Neqꝫ in interdicto.clix. fo xii
Non pōt dolo clx fo.xiii
Non alienat clvii fo xiii
Nemo plus clxiii fo xiii
Nemo alieno clxvi fo xiii
Nemo p̄redo clxix fo xiii
Nichil dolo clxxii fo xiii
Nunꝙ̄ actiones clxxiii fo xiii.
Non fraudantur clxxvii fo.xiiii
Non omne qd̄ lꝫ clxxxvii fo xiiii
Nemo videtur clxxxviii fo xiiii

Nemo damnũ.cxciij. fo.xiiii.
Non poteſt videri.ccxix. fo.xvj.
O
Omnia quecunqꝫ.lxxiij. fo.vij.
Omnia que iure.ci. fo.ix.
Omnia fere iura.cliiij. fo.xij.
Omnis hereditas.clxxxij.fo.xiiii.
Omnes actiones.clxxxii. fo.xiiii.
Omnia que ex teſtã.ccij. fo.xv.
Omnis diffinitio. cciij. fo.xv.
P
Plus cautionis.xxvi. fo.iii.
Pupillum qui.cxii. fo.ix.
Penalia iudicia. cxxv. fo.x.
Preter bo.po.cxviii. fo.x.
Pupillus nec velle.cl. fo.xij.
Priuilegia quedam.clvij. fo.xii.
Parem eſſe.cxciiii. fo.xiiii.
Plerumqꝫ fit. ccvj. fo.xvi.
Q
Qui actionem.xv. fo.iii.
Que legata.xviii. fo.iii.
Qui cum alio.xx. fo.iii.
Quotiens dubia.xxi. fo.iii.
Quatheuus cuiuſqꝫ.xxv. fo.iiii.
Qui poteſt. xxvij. fo.iiij.
Quod in initio.xxx.fo. iiij.
Quod attinet.xxxiij. fo.iiij
Qui in alteris. xliii. fo.v.
Quod a quoq̃.xlvij. fo.v.
Quicquid calore. xlix. fo.v.
Qui ſiue dolo. lxiiii. fo.vi.
Quotiens idem.lxviii. fo.vi
Quo tutela redit.lxxiiii. fo.vij.
Que dubitationis.lxxxii. fo.viii.
Quãdiu poſſit.xc. fo.viij.

Quotiens duplici.xcii. fo.viii.
Quotiens vtriuſq3. xcix. fo.ix.
Qui vetante.ciii. fo.ix.
Que ꝓpter neceſ.cxxiii. fo.x.
Qui rem alienam.cxxvii. fo.x.
Qui poteſt facere. cxxxv. fo.xi.
Qui in ſuo.cxxxviii. fo.xi.
Quod iuſſu.cxli. fo.xj.
Quod nullius.cxliii. fo.xi.
Quod euincitur.cli. fo.xii.
Qui per ſucceſſionem.clv. fo.xii.
Qui in ſeruitute.clxi. fo.xiiii.
Qui non facit. clxiiii. fo.xiiii.
Qui dolo.clxxiiij fo xiii.
Qui auctore. clxxx. fo.xiiii
Quod contra.clxxxiiij fo.xiiii
Qui tacet. clxxxv. fo.xiiii.
Quod ipſis. clxxxvi. fo.xiiii.
Quod quis.clxxxix fo.xiiii.
Quotiens nihil.cci. fo.xv.
Quod quis ex culpa.cciiij. fo.xvi.
Que ab initio. ccxi. fo.xvi.
R
Regula.j. fo.ij.
Rex iudicata.ccviij. fo.xvi.
S
Semper in obſcuris.ix. fo.ii.
Scḋm naturam.x. fo.ii.
Si filius ſub congi.xix. fo.iii.
Semp in ſtipula.xxxv. fo.iiii.
Sicuti pena.xxxix. fo.v.
Semp in dubijs.lvii. fo.vi.
Semper ei qui non ꝓhi.lxi. fo.vj
Si librarius.xciii. fo.viii.
Si in duabus.cv. fo.ix.
Si obligationis. cxvi. fo.x.

Si nemo cxlii fo xi
Si quis pregnantē cxlviii fo xii
Semper in ſtricti[illegible]bus clviii fo xii
Semꝑ in gñalibus cxc fo xiiii
Seruiturē morta. ccx fo xvi
Seruus reipublice ccxii fo xvi

T

Tocicus.xlvi. fo.v.

V

Uelle non creditur iiii fo ii
Uerum eſt xxxii fo iiii
Ubi lex duoꝝ cii fo ix
Ubicunqꝫ cauſe cvi fo.ix
Uani timoris cxlvi fo xii
Ubi repugnantia cxlix fo xii
Ubi non voce clxvii fo xiii

¶ Finis regularum
Juris ciuilis

## ¶ Sequuntur Regule iuris canonici. et primo regule decretalium.

Johannes chriſoſtomus.

Omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur: ꝑ eaſdem diſſoluitur. Beda in omelijs.

Scda regula.

Eſtote miſericordes ſicut ꝛc. ¶ Hoc loco nihil aliud nobis precipi eſtimo: niſi vt ea facta que dubium eſt quo animo fiant: in meliorem partem interpretemur quod enim ſcriptum eſt. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos: de manifeſtis dictū eſt. que non poſſunt bono animo fieri vt ſtuprum blaſphemie: furta: ebrietates: ⁊ ſimilia: de quibus nobis permittitur iudicare. Idem. Regula. iij.

Qui ſcandalizauerit. ꝛc. Utilius ſcandalum naſci permittitur ꝙ veritas relinquatur.

Regula quarta.

Quod non eſt licitum in lege. neceſſitas facit licitum. Nam ⁊ ſabbatum cuſtodiri preceptum ē machabei tamē ſine culpa ſua in ſabbato pugnant: ſic ⁊ hodie ſi quis ieiunium fregerit egrotus reus voti non habetur.

Gregorius. vij. Regula. v.

Quod latēter aut per vim vel alias illicite introductum ē nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere. Idem parien. epiſcopo

Regula ſexta.

Cum in comtemplatione. ꝛ. j. In ipſo cauſe initio nō eſt a queſtionibus inchoandum.

Stephanus papa Regula. vij.

Que multotiens: ꝛ. j. Quicquid in ſacratis deo rebus et epiſcopis iniuſte agitur: pro ſacrilegio reputatur: quia ſacra ſūt ꝛ a quoq̄ violari non debent.

Auguſtinus. Regula. viij.

Qui ex timore facit preceptū: aliter ꝙ debeat facit: ꝛ ideo iam non facit.

Idem in libro de penitentia. Regula. ix

Deſleat peccator: quia offendens in vno factus eſt oīm reus.

Gregorius in regiſtro. Regula. x.

Quāuis cauſe: ꝛ. j. Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio ſi lup' oues comedit: ꝛ paſtor neſcit.

Lucius tertius. Regula. xi.

Indignum eſt: ꝛ a romane eccleſie conſuetudine alienū vt pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur.

Finis.

Libri ſexti decretalium.

Bonifacius octauus. Regula. j.

BEneficium eccleſiaſticū. nō poteſt licite ſine inſtitutōne canonica obtineri.

Idem Regula. ij.

POſſeſſor male fidei vllo tempore non preſcribit.

Idem. Regula. iij.

SIne poſſeſſione preſcriptio non procedit.

Idem. Regula. iiij.

PEccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.

Idem. Regula. v.

PEccati venia non datur niſi correcto. Idem. Regula. vi.

NEmo poteſt ad impoſſibile obligari. Idem. Regula. vij.

PRiuilegiū perſonale perſonā ſequitur: & extinguitur cum perſona. Idem. Regula. viij.

SEmel malus ſemper preſumitur eſſe malus.

Idem. Regula. ix.

RAtum quis habere non pōt quod ipſius noīe non eſt geſtum.

Idem. Regula. x.

RAtihabitionem retrotrahi mandato non eſt dubium compa rari. Idem. Regula. xj.

CUm ſunt partiū iura obſcura: reo fauendum eſt potius ꝙ actori. Idem. Regula. xij.

IN iudicijs non eſt acceptio ꝑſonarum habenda.

Idem Regula. xiii.
Ignorantia facti: nō iuris excuſat. Idem Regula. xiiii.
Cum quis in ius ſuccedit alterius: iuſtam ignorantie cauſam cenſetur habere.
Idem Regula. xv.
Odia reſtringi: et fauores conuenit ampliari.
Idem Regula. xvi.
Decet conceſſum a principe beneficium eſſe manſurum.
Idem. Regula. xvii.
Indultum a iure beneficium non eſt alicui auferendum.
Idem. Regula. xviii.
Non firmatur tractu tēporis qđ de iure ab initio non ſubſiſtit.
Idem. Regula. xix.
Non eſt ſine culpa qui rei que ad eum non pertinet ſe immiſcet.
Idem Regula. xx.
Nullus pluribus vti defenſionibus prohibetur. Idem. Reg. xxi
Quod ſemel placuit: amplius diſplicere non poteſt.
Idem. Regula. xxii.
Non debet aliquis alterius odio pregrauari.
Idem. Regula. xxiii.
Sine culpa (niſi ſubſit cauſa) non eſt aliquis puniendus
Idem Regula. xxiiii.
Quod quis mandato facit iudicis: dolo facere non videtur: cum habeat parere neceſſe.

Idem Regula.xxv.

Mora ſua cuilibet eſt nociua.

Idem Regula.xxvi.

Ea que fiūt a iudice (ſi ad eiꝰ non ſpectāt offm̄) viribus nō ſubſiſtunt. Idem. Regula.xxvij.

Scienti ꝛ conſentienti nō fit iniuria: neqꝫ dolus.

Idem Regula. xxviij.

Que a iure cōmuni exorbitāt: nequaq̄ ad conſequentiam ſunt trahenda. Idem. Regula.xxix.

Quod oēs tāgit debet ab oībꝰ approbari. Idē. Regula.xxx.

In obſcuris minimū eſt ſequē dum. Idem. Regula.xxxi.

Eum qui certus eſt: certiorari vlterius non oportet.

Idem. Regula. xxxij.

Non licet actori quod reo licitum non exiſtit.

Idem. Regula. xxxiij.

Mutare conſiliuꝫ quis nō pōt in alterius detrimentum.

Idem Regula. xxxiiij.

Generi ꝑ ſpeciē derogatur.

Idem Regula.xxxv.

Plus ſemper in ſe continet quod eſt minus.

Idem. Regula. xxxvj.

Pro poſſeſſore habetur qui dolo deſijt poſſidere.

Idem Regula.xxxvij.

Utile non debet per inutile vitiari. Idem Regula.xxxviij.

EX eo non debet quis fructuȝ conſequi: quod niſus extiti impugnare. Idem. Regl'a. xxxix.

CUm quid prohibetur: prohibentur omnia que ſequuntur ex illo. Idem. Regula. xl.

PLuralis locutio duorum numero eſt contenta.

Idem Regula. xlj.

IMputari non debet ei ꝑ quē non ſtat: ſi non faciat quod ꝑ cuȝ fuerat faciendum.

Idem. Regula. xlij.

ACceſſorium naturam ſequi congruit principalis.

Idem. Regula: xliij.

QUi tacet conſentire videtur.

Idem. Regula. xliiij.

IS qui tacet: non fatetur: ſed nec vtiꝙ negare videtur.

Idem. Regula. xlv.

INſpicimus in obſcuris qđ eſt veriſimilius: vel quod plerunꝙ fieri conſueuit.

Idem. Regula. xlvj.

IS qui in ius ſuccedit alterius: eo iure quo ille vti debebit. Idem. Regula. xlvij

PReſumitur ignorantia: vbi ſcientia non probatur.

Idem. Regula. xlviij.

LOcupletari non debet aliqs cum alterius iniuria vel iactura.

Idem. Regula. xlix.

IN penis benignior eſt interpretatio facienda.

AIdem. Regula. l.
ACtus legitimi conditionem non recipiunt nec diem.

Idem. Regula. lj.
SEmel deo dicatum: non eſt ad vſus humanos vlterius. transferendum.

Idem. Regula. lij.
NOn preſtat impedimentum quod de iure nõ ſortitur effectum. Idem. Regula. liij

QUi licet quod eſt plus: licet vtiq quod eſt minus.

QIdem. Regula. liiij.
Ui prior eſt tempore: potior eſt iure. Idem. Regla. lv.

QUi ſentit onus. ſentire debet commodum & econtra.

IIdem. Regula. lvj.
N re cõi potior eſt conditio prohibentis. Idem. Regla. lvij.

COntra eum qui legem dicere potuit: apertius eſt interpretatio facienda.

Idem. Regula. lviij.
NOn eſt obligatorium contra bonos mores preſtitum iuramentum. Idem. Regula. lix.

DOlo facit qui petit quod reſtituere oportet eundem.

NIdem. Regula. lx
On eſt in mora qui põt exceptione legitima ſe tueri.

Idem. Regula. lxj.
QUod ob gratiam alicuius cõceditur: non eſt in eius diſpẽ

dium retorquendum.
Idem Regula.lxii.
NUllus ex conſilio (dūmodo fraudulentum non fuerit) obligatur
Idem. Regula. lxiii.
EXceptionem obijciens nō videtur de intentione aduerſarij confiteri.
Idem. Regula.lxiiij
QUe contra ius fiunt: debent vtiqz pro infectis haberi.
Idem. Regula. lxv.
IN pari delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.
Item Regula. lxvi
CUm non ſtat p eū ad quē ptinet: quominꝰ conditio impleatur: haberi dz perinde acſi impleta fuiſſet. Idem. Rugul. lxvij.
QUod alicui ſuo non licet nomine: nec alieno licebit.
Idem. Regula. lxviii.
POteſt quis per alium quod poteſt facere per ſeipſum.
Idem. Regula.lxix
IN malis promiſſis fidez non expedit obſeruari
Idem Regula.lxx.
IN alternatiuis debitoris eſt electio. & ſufficit alterū adimpleri. Idem. Regula.lxxi.
QUi ad agendū admittitur: eſt ad excipiendū multo magis admittandus,
Idem. Regula.lxxij.

QUi facit per alium eſt perin-de ac ſi faciat perſeipſum.
Idem Regula. lxxiij.

FActũ legitime retractari nõ debꝫ lꝫ caſus poſtea eueniat quo non potuit inchoari.
Idem. Regula. lxxiiij

QUod alicui gratioſe conceditur: trahi non debet ab alijs exemplũ.
Idem. Regl'a. lxxv

FRuſtra ſibi fidẽ quis poſtulat ab eo ſeruari: cui fidẽ a ſe preſtitam ſeruare recuſat.
Idem. Regula. lxxvi.

DElictum perſone non debet in detrimentuꝫ eccleſie redũdare. Idem. Regula. lxxvij.

RAtioni cõgruit vt ſuccedat in onere: q̃ ſubſtituit in honore. Idem Regula. lxxviij.

IN argumentum trahi neque unt: que propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.
Idem. Regula. lxxix.

NEmo poteſt plus iuris tranſferre in alium: q̃ ſibi competere dinoſcatur.
Idem. Regula. lxxx.

IN toto partem non eſt dubium contineri
Idem. Regula. lxxxi.

IN generali conceſſione non veniunt ea que quis nõ eſſet verſimiliter in ſpecie conceſſurus
Idem. Regula. lxxxii.

QUi contra iura mercatur bo-nam fidem preſumitur non habere. Idem. Regula.lxxxiij.

BOna fides non patitur vt ſe-mel exactum iterum exigat. Idem. Regula.lxxxiiij.

CUm quid vna via prohibetur alicui: ad id alia non debet admitti. Idem. Regula. lxxxv.

COntractus ex conuentione legem accipere dinoſcuntur Idem. Regula.lxxxvj.

DAmnum quod quis ſua cul-pa ſentit ſibi debet (nō alijs) im-putare. Idem. Regu.lxxxvij.

INfamibus porte non pateāt dignitatum.

Idem. Regl'a.lxxxviij.

CErtum eſt ꝙ is cōmittit in legem qui legis ꝟba amplectens contra legis nititur voluntatem.

DAta rome apud ſanctum pe-trum quinto nonas martij pontificatꝰ noſtri anno quarto.

¶ Finis regularum.
Sexti decretalium.

¶ Impreſſum Valencie per ma-giſtrum iohannem beloni. Anno dñi mileſimo quingēteſimo.xiiij. Et die ſcd'a menſis ſeptēbris.

M8c